Praetereà licèt ex tempore, quo antedictae Benedicti Decimiquarti Praedecessoris Nostri Litteræ emanarunt, ab anno scilicèt millesimo septingentesimo quadragesimo nono, de proventibus ex silvestrium fundorum cultura manantibus Regio Aerario jus exigendi Decimas, ac Primitias fuerit collatum; attamen ejusdem FERDINANDI *Regis votis obsecundando, ne ullus amplius controversiis relinquatur locus, per præsentes edicimus eos agros in hoc comprehendi, quibus anteà per triginta annorum spatium desertis, et incultis, post diem trigesimam mensis Augusti anni millesimi octingentesimi cultura fuit adhibita; Novalium quippè nomine, quoad pertinentiam Decimarum Regio Fisco intelligenda sunt hoc loco operae, vel jam impensæ, vel in posterum impendendae excolendis agris, qui per annos triginta, nec expurgati, nec aratro excusi, vel alio cultionis genere fuerint elaborati. Cum autem harum asperrimarum terrarum cultiones fiunt in Regionibus, tam Patrimonio Regio, quam Universitatibus, Communitatibus, et singulis civibus respectivè spectantibus, pariterque sumptibus, tam Regii Aerarii, quam intercedente, vel etiam aliquando non intercedente Gubernii permissu, expensis Municipiorum, Communitatum, privatarumque Personarum relaxatâ à Principe, spatio quorumdam annorum,*

otra mitad á favor de aquellos á quienes competa ó asista derecho para obtenerlos ú obtenerlas.

Ademas de esto, aunque desde la época en que se expidieron las indicadas Letras de Benedicto XIV, Predecesor nuestro, esto es, desde el año mil setecientos quarenta y nueve, se confirió al Real Erario el derecho de cobrar los Diezmos y Primicias de los productos debidosal cultivo de los terrenos incultos, sin embargo, defiriendo á los deseos del mismo REY FERNANDO, y para que no tenga ya mas en adelante lugar controversia alguna en esta parte; por laspresentes prevenimoscomprenderse enesta disposicion aquellosterrenos que habiendo estado antes eriales é incultos por espacio de treinta años, hayan sido roturados ó reducidos á cultivo despues del dia treinta delmes de Agosto del año mil ochocientos; pues bajo el nombre de Novales, en quanto á la pertenencia de los Diezmos al Real Fisco, han de entenderse en este lugar las obras, ó ya anteriormente hechas, ó que se hicieren en adelante para el cultivo de los terrenos ó heredades que en el espacio de treinta años no hubieren sido roturados, ni beneficiados por el arado, ni reducidos á ningun otro género de cultivo. Y por quanto el laboreo de estas escabrosísimas heredades se hace en territorios correspondientes respectivamente, tanto al Real Patrimonio, quanto á los Ayuntamientos ó Consejos, Comunidades y vecinos particulares; é igualmente asi á costa del Real Erario, como mediante per-